

dominium transfundimus &c. HENRICI SANCTI de A. 1024. (h) Nos per intercessionem dilecti nostri Eberhardi Babenbergensis sedis primi Episcopi & Beringarii Elwacensis Cœnobii Abbatis, communique consultu fidelium nostrorum Ernest videlicet, Alemanniæ Ducis, & reliquorum Principum circumhabitantium, quandam sylvam Virgunda dictam, ad Elwacense cœnobium pertinentem, per nostram Imperialem potentiam, legali banno Forestum fecimus, cum omnibus terminis ejusdem sylvæ qui infra sunt scripti - super quæ omnia nostro Imperiali banno, præcipimusque: ut in eadem Foresti à nobis constituta nulli venari aut piscari aut quidlibet exercere liceat, nisi ejusdem Ecclesiæ permittente pastore. Sic hæc sylva cum omnibus prædictæ finibus præfatæ Ecclesiæ nostro banno, in legale foreste à modo firmata, cum omnibus, quæ in foresti aut scribi aut nominari possunt, utilitatibus.

CONRADI II. de A. 1033. (i): supplicans, quatenus nos quoddam Forestum NB. sui scil. Juris, per Imperiale nostrum præceptum forestari faceremus, hoc ipsum forestum incipit, ubi - - Proinde Imperiali præcipimus autoritate, ut nullus in eodem Foresto venationis exercitium, præter prædictæ Ecclesiæ Episcopi consensum, agere præsumat. &c. HENRICI III. de A. 1049. (k). Ex nostra Imperiali autoritate prænominato Episcopo tradidimus atque concessimus jus & potestatem legitimi banni super venatione & foresto - - - in Comitatu

(b) apud eund. c. l. P. 3. c. 5. T. t. Elwangen, §. 8 p. 120.

(i) apud Lunig. cit. Tom. in Append. Tit. Minden. n. II. p. 108.

(k) ibid. cit. Tom. Tit. Passau. n. 20. p. 771.